

pro omni errato sive bonum sive  
malum sit

EXPLICIT LIBER ECCLESIASTES

INCIPIIT LIBER

CANTICUM CANTICORUM

- 4,10 **O**sculetur me osculo oris sui  
quia meliora sunt ubera tua vino  
2 fragrantia unguentis optimis  
oleum effusum nomen tuum  
ideo adulescentulae dilexerunt te  
3 trahe me post te curremus  
Ps 44,16 introduxit me rex in cellaria sua  
exultabimus et laetabimur in te  
memores uberum tuorum super vi-  
num recti diligunt te  
4 nigra sum sed formosa filiae Hieru-  
salem  
sicut tabernacula Cedar sicut pelles  
Salomonis  
5 nolite me considerare quod fusca  
sim quia decoloravit me sol  
Ps 68,9 filii matris meae pugnaverunt contra  
me  
posuerunt me custodem in vineis vi-  
neam meam non custodivi  
6 indica mihi quem diligit anima mea  
ubi pascas ubi cubes in meridie  
ne vagari incipiam per greges soda-  
lium tuorum  
7 si ignoras te o pulchra inter mulieres  
egredere et abi post vestigia gregum  
et pasce hedos tuos iuxta taberna-  
cula pastorum  
8 equitatu meo in curribus Pharaonis  
adsimilavi te amica mea  
9 pulchrae sunt genae tuae sicut turtu-  
ris
- collum tuum sicut monilia  
10 murenulas aureas faciemus tibi ver-  
miculatas argento  
11 dum esset rex in accubitu suo nar-  
dus mea dedit odorem suum  
12 fasciculus murrae dilectus meus mi-  
hi inter ubera mea commorabitur  
13 botrus cypri dilectus meus mihi in  
vineis Engaddi  
14 ecce tu pulchra es amica mea ecce tu 4,11  
pulchra oculi tui columbarum 5,12  
15 ecce tu pulcher es dilecte mi et deco-  
rus  
lectulus noster floridus 16 tigna domo-  
rum nostrarum cedrina laquearia  
nostra cypressina  
2 ego flos campi et lilium convallium Is 35,11  
2 sicut lilium inter spinas sic amica  
mea inter filias  
3 sicut malum inter ligna silvarum sic  
dilectus meus inter filios  
sub umbra illius quam desiderave-  
ram sedi et fructus eius dulcis gut-  
turi meo  
4 introduxit me in cellam vinariam  
ordinavit in me caritatem  
5 fulcite me floribus stipate me malis  
quia amore langueo 5,8  
6 leva eius sub capite meo et dextera 6,7;  
illius amplexabitur me 8,3,4  
7 adiuro vos filiae Hierusalem per cap-  
reas cervosque camporum 3,5; 5,8  
ne suscitatis neque evigilare faciatis  
dilectam quoadusque ipsa velit  
8 vox dilecti mei  
ecce iste venit saliens in montibus  
transiliens colles  
9 similis est dilectus meus capreae hi- 17; 4,51 8,14  
nuloque cervorum  
en ipse stat post parietem nostrum

14 errato ] reatu C; abscondito Σ. | malum + illud c. ||

Canticum canticorum. *Citantur* CA et EZSMΦ bkm ac cr. *Tit.* canticum canticorum salomonis quod hebraice dicitur sir hasirim c || 1,1 [adsunt k (usque ad v. 5) et m (usque ad v. 13); deest b usque ad 3,11] | obsculus m; hobsculus C. | 2 fragrantia Σr ] fragrantiora C; fragrantia c; flagrantia cet. | 3 curremus + in odorem (odore MΦ) unguentorum tuorum ASMΦ c | exultauimus CES km | 4 sed ] et A | 5 sum A | decoloravit ] decoravit CEΦ | [deest k usque ad v. 15] | 6 per ] post c | 7 pulcherrima c | 13 [deest m usque ad 8,14] | 14 pulchra<sup>2</sup> + es C EZS c || 2,1 [deest k usque ad v. 7] | 3 malus c | quem Cc | desiderauerant S.; desiderabam AΦ | 7 [deest k usque ad 5,15] | 8 mei + uox fratris mei C | iste ] ipse C | ueniet AΦ |

CA

EZSMΦ(km)

cr

despiciens per fenestras prospiciens  
per cancellos  
10 et dilectus meus loquitur mihi  
surge propera amica mea formonsa  
mea et veni  
11 iam enim hiemps transiit imber abiit  
et recessit  
12 flores apparuerunt in terra tempus  
putationis advenit  
vox turturis audita est in terra nos-  
tra  
13 ficus protulit grossos suos vineae  
florent dederunt odorem  
surge amica mea speciosa mea et  
veni  
Ter 48,28 14 columba mea in foraminibus petrae  
in caverna maceriae  
8.13 ostende mihi faciem tuam sonet vox  
tua in auribus meis  
vox enim tua dulcis et facies tua de-  
cora  
15 capite nobis vulpes vulpes parvulas  
quae demoliuntur vineas nam vi-  
nea nostra floruit  
6.2; 7.10 16 dilectus meus mihi et ego illi qui pas-  
citur inter lilia  
4.6 17 donec adspiret dies et inclinentur  
umbrae  
91,8,14 revertere similis esto dilecte mi cap-  
reae aut hinulo cervorum super  
montes Bether  
Is 26,9 3 in lectulo meo per noctes quaesivi  
quem diligit anima mea  
5.6 quaesivi illum et non inveni  
2 surgam et circuibo civitatem  
per vicus et plateas quaeram quem  
diligit anima mea  
quaesivi illum et non inveni  
5.7 3 invenerunt me vigiles qui custodiunt

CA 9 respiciens CEc | 10 et<sup>1</sup> | en c; om. CS | amica mea CZr<sup>2</sup>M | proxima mea Σ; + columba  
mea ASMΦc | 12 terra + nostra SMΦc | potationis AΣZΦ | 13 florent et C; florentes  
ΣZSMΦ(b) ZMΦc (et r lapsu) | odorem + suum c | speciosa] sponsa A | 14 uox enim] quia uox  
cr AS | 15 vulpes<sup>2</sup> EZr<sup>2</sup>M | om. cet. | paruulas] pusillas A | 17 aut hinulo] hinnuloque c |  
bether AΦcr<sup>2</sup>M | bethel cet. || 3,1 per noctem CES | 2 dilexit AΦ | 3 diligit CES |  
6 uirgulta Σ; uirgultum C. | pigmentarii + qui in circuitu salomonis sunt gladium habent  
in femore sicuti aoth (aut C.) ille iudex qui interfecit hostem pinguissimum et totum carni  
deditum (dilectum C.) omnes amputans uoluptates C, ex Hieron. adv. Iovinian. 1,30 |  
7 israhel + de potentatibus iherusalem C | 11 quo] qua C | eum] illum c | desponsationis  
c; disponsationis C; dispositionis Σ; depositionis S. || 4,1 [adest b usque ad 8,5] |

civitatem  
num quem dilexit anima mea vidistis  
4 paululum cum pertransissem eos in-  
veni quem diligit anima mea  
tenui eum nec dimittam donec intro-  
ducam illum in domum matris me-  
ae et in cubiculum genetricis meae  
5 adiuro vos filiae Hierusalem per cap-  
reas cervosque camporum  
ne suscitatis neque evigilare faciatis  
dilectam donec ipsa velit  
6 quae est ista quae ascendit per deser-  
tum sicut virgula fumi  
ex aromatibus murræ et turis et uni-  
versi pulveris pigmentarii  
7 en lectulum Salomonis sexaginta  
fortes ambiunt ex fortissimis Isra-  
hel  
8 omnes tenentes gladios et ad bella  
doctissimi  
uniuscuiusque ensis super femur  
suum propter timores nocturnos  
9 ferculum fecit sibi rex Salomon de  
lignis Libani  
10 columnas eius fecit argenteas recl-  
inatorium aureum ascensum pur-  
pureum  
media caritate constravit propter  
filias Hierusalem  
11 egredimini et videte filiae Sion re-  
gem Salomonem  
in diademate quo coronavit eum  
mater sua  
in die disponsationis illius et in die  
laetitiae cordis eius  
4 quam pulchra es amica mea quam  
pulchra es  
oculi tui columbarum absque eo  
quod intrinsecus latet

capilli tui sicut greges caprarum  
quae ascenderunt de monte Gala-  
ad  
dentes tui sicut greges tonsarum  
quae ascenderunt de lavacro  
omnes gemellis fetibus et sterilis non  
est inter eas  
sicut vitta coccinea labia tua et elo-  
quium tuum dulce  
sicut fragmen mali punici ita genae  
tuae absque eo quod intrinsecus  
latet  
sicut turris David collum tuum quae  
aedificata est cum propugnaculis  
mille clypei pendent ex ea omnis  
armatura fortium  
duo ubera tua sicut duo hinuli cap-  
reae gemelli qui pascuntur in liliis  
donec adspiret dies et inclinentur  
umbrae  
vadam ad montem murræ et ad col-  
lem turis  
tota pulchra es amica mea et macula  
non est in te  
veni de Libano sponsa veni de Liba-  
no veni coronaberis  
de capite Amanae de vertice Sanir et  
Hermon  
de cubilibus leonum de montibus  
pardorum  
vulnerasti cor meum soror mea  
sponsa vulnerasti cor meum  
in uno oculorum tuorum et in uno  
erme colli tui  
quam pulchrae sunt mammae tuae  
soror mea sponsa  
pulchriora ubera tua vino et odor  
unguentorum tuorum super omnia  
aromata  
Favus distillans labia tua sponsa mel  
et lac sub lingua tua  
et odor vestimentorum tuorum sicut  
odor turis  
hortus conclusus soror mea sponsa

hortus conclusus fons signatus  
13 emissiones tuae paradisi malorum  
punicorum cum pomorum fructi-  
bus  
cypri cum nardo 14 nardus et crocus  
fistula et cinnamomum cum uni-  
versis lignis Libani  
murra et aloe cum omnibus primis  
unguentis  
15 fons horticorum puteus aquarum vi-  
ventium quae fluunt impetu de Li-  
bano  
16 surge aquilo et veni auster perfla  
hortum meum et fluant aromata  
illius  
5 veniat dilectus meus in hortum su- 6.1  
um et comedat fructum pomorum  
suorum  
veni in hortum meum soror mea  
sponsa  
messui murræ meam cum aroma-  
tibus meis  
comedi favum cum melle meo bibi  
vinum meum cum lacte meo  
comedite amici bibite et inebriamini  
carissimi  
2 ego dormio et cor meum vigilat  
vox dilecti mei pulsantis  
aperi mihi soror mea amica mea co-  
lumba mea immaculata mea  
quia caput meum plenum est rore et  
cincinnati mei guttis noctium  
3 expoliavi me tunica mea quomodo  
induar illa  
lavi pedes meos quomodo inquina-  
bo illos  
4 dilectus meus misit manum suam  
per foramen et venter meus intre-  
muit ad tactum eius  
5 surrexi ut aperirem dilecto meo  
manus meae stillaverunt murra digiti  
mei pleni murra probatissima  
6 pessulum ostii aperui dilecto meo at  
ille declinaverat atque transierat

erit AZ | 3 fragmentum A | 5 caprae C | 8 sponsa + mea ASMΦc | 9 sponsa + mea A | CA  
10 pulchriora + sunt Σc || 5,1 favum + meum C | bibi—meo<sup>2</sup> om. AZ. | amici + et ZS ΣZSMΦb  
c; + mei et CA | 3 spoliavi C | illam AZΦb | 5 distillaverunt C | murra<sup>1</sup>] (murr)am  
cr  
EZSMc; murræ b.; + et c | 6 ostii + mei ASMΦc |

	anima mea liquefacta est ut locutus est	ma mulierum		revertere revertere ut intueamur te	si flores fructus parturiunt si floruerunt mala punica
3.1	quaesivi et non inveni illum vocavi et non respondit mihi	quo declinavit dilectus tuus et quaeremus eum tecum		7 quid videbis in Sulamiten nisi choros castrorum	ibi dabo tibi ubera mea
3.3	7 invenerunt me custodes qui circum-eunt civitatem	6 dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatis ut pas-catur in hortis et lilia colligat	5.1	quam pulchri sunt gressus tui in calciamenti filia principis	13 mandragorae dederunt odorem in portis nostris
	percusserunt me vulneraverunt me tulerunt pallium meum mihi custodes murorum	2 ego dilecto meo et dilectus meus mihi qui pascitur inter lilia	2.16; 7.	iunctura feminum tuorum sicut monilia quae fabricata sunt manu artificis	omnia poma nova et vetera dilecte mi servavi tibi
2.71	8 adiuro vos filiae Hierusalem si inveneritis dilectum meum ut nuntietis ei quia amore languo	3 pulchra es amica mea suavis et decora sicut Hierusalem	4.11	2 umbilicus tuus crater tornatilis numquam indigens poculis	8 quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meae
2.5	9 qualis est dilectus tuus ex dilecto o pulcherrima mulierum	terribilis ut castrorum acies ordinata	9	venter tuus sicut acervus tritici vallatus liliis	ut inveniam te foris et deosculer et iam me nemo despiciat
	qualis est dilectus tuus ex dilecto quia sic adiurasti nos	4 averte oculos tuos a me quia ipsi me avolare fecerunt	4-6; 4.1-3	3 duo ubera tua sicut duo hinuli gemelli caprae	2 adprehendam te et ducam in domum matris meae
10	dilectus meus candidus et rubicundus electus ex milibus	capilli tui sicut grex caprarum quae apparuerunt de Galaad	4.51	4 collum tuum sicut turris eburnea	ibi me docebis et dabo tibi poculum ex vino condito et mustum malorum granatorum meorum
11	caput eius aurum optimum	5 dentes tui sicut grex ovium quae ascenderunt de lavacro	4.4	oculi tui sicut piscinae in Esebon quae sunt in porta filiae multitudinis	3 leva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me
	comae eius sicut elatae palmarum nigrae quasi corvus	omnes gemellis fetibus et sterilis non est in eis	4.5; 1s 35,21	nasus tuus sicut turris Libani quae respicit contra Damascum	4 adiuro vos filiae Hierusalem ne suscitatis et evigilare faciatis dilectam donec ipsa velit
14; 4.1	12 oculi eius sicut columbae super rivulos aquarum	6 sicut cortex mali punici genae tuae absque occultis tuis		5 caput tuum ut Carmelus et comae capitis tui sicut purpura regis vincata canalibus	5 quae est ista quae ascendit de deserto deliciis affluens et nixa super dilectum suum
	quae lacte sunt lotae et resident iuxta fluentia plenissima	7 sexaginta sunt reginae et octoginta concubinae et adulescentularum non est numerus		6 quam pulchra es et quam decora carissima in deliciis	sub arbore malo suscitavi te
13	genae illius sicut areolae aromatum consitae a pigmentariis	8 una est columba mea perfecta mea una est matris suae electa genetrici suae		7 statura tua adsimilata est palmae et ubera tua botris	ibi corrupta est mater tua ibi violata est genetrix tua
	labia eius lilia distillantia murram primam	viderunt illam filiae et beatissimam praedicaverunt		8 dixi ascendam in palmam adprehendam fructus eius	6 pone me ut signaculum super cor tuum ut signaculum super brachium tuum
14	manus illius tornatiles aureae plenae hyacinthis	reginae et concubinae et laudaverunt eam		9 guttur tuum sicut vinum optimum dignum dilecto meo ad potandum labiisque et dentibus illius ruminandum	quia fortis est ut mors dilectio dura sicut inferus aemulatio
	venter eius eburneus distinctus saphyris	9 quae est ista quae progreditur quasi aurora consurgens	5.16	10 ego dilecto meo ad potandum dignum dilecto meo ad potandum labiisque et dentibus illius ruminandum	lampades eius lampades ignis atque flammaram
15	crura illius columnae marmoreae quae fundatae sunt super bases aureas	pulchra ut luna electa ut sol terribilis ut acies ordinata	3	11 veni dilecte mi egrediamur in agrum commoremur in villis	7 aquae multae non poterunt extinguere caritatem nec flumina obruent illam
135,21	species eius ut Libani electus ut cedri	10 descendi ad hortum nucum ut viderem poma convallis	7.12	12 mane surgamus ad vineas videamus si floruit vinea	si dederit homo omnem substantiam domus suae pro dilectione quasi nihil despicient eum
7.9	16 guttur illius suavissimum et totus desiderabilis	ut inspicerem si floruisset vinea et germinassent mala punica	2.16; 6.2		8 soror nostra parva et ubera non ha-
	talis est dilectus meus et iste est amicus meus filiae Hierusalem	11 nescivi anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab	6.10		
	17 quo abiit dilectus tuus o pulcherri-	12 revertere revertere Sulamitis			

CA 7 me<sup>2</sup> + et AMΦ c | meum om. CE. | ~ mihi pallium meum AΦ | 13 eius] illius ASM b | 15 [adest k usque ad 7,4] | 16 iste] ipse c. | 17 quaeremus CEM c | quaerimus cet. || 6,1 in<sup>1</sup> | ad C | aromatum c | 5 greges Cb | 6 punici + sic AMΦ k c | occultis] oculis CAZ bk | 7 adulescentularum + quorum C | 8 matri ASΦ k | illam] eam c | 9 acies EM τ | castrorum acies cet. | 10 ad] in Φ c | conuallium Cc | ut<sup>2</sup>] et Mb c | 11 nesciuit C | conturbabit Ck; turbavit EZ. | 12 sunamitis CΦ b; sonamitis S. ||

7,1 sulamiten r. ] sulamitem A; sulamite Σk c; solamite Z; sunamiten C; sonamiten S.; sunamite MΦ b | filiae CE. | iuncturae Φ c | feminum] femorum Ak c | 3 caprae CZ. | 4 [deest k usque ad 8,7] | 5 ut ... sicut] sicuti ... sicuti C.; ut ... ut A. | 7 botrui CZ. | 8 palmam + et S c | odor oris AΣZ cr] odoris SM b; odores CΦ | 9 illius + ad c || 8,1 deosculer + te SM c | 3 illius] eius CZM b | 4 et] et ne C; neque MΦ c | uigilare CE | 5 et nixa SZS br] innixa cet. | [deest b usque ad v.12] | mali C | 6 est om. CE | infernus Σ c | 7 poterunt ZS c; possunt C. | obruunt CZ. | [adest partim k usque ad v. 14] | despiciunt C; despiciet A c | eam c |

bet

quid faciemus sorori nostrae in die  
quando adloquenda est

<sup>9</sup>si murus est aedificemus super eum  
propugnacula argentea  
si ostium est conpingamus illud ta-  
bulis cedrinis

<sup>10</sup>ego murus et ubera mea sicut turris  
ex quo facta sum coram eo quasi  
pacem repperiens

<sup>Mt 21,33f</sup> <sup>11</sup>vinea fuit Pacifico in ea quae habet  
populos  
tradidit eam custodibus

vir adfert pro fructu eius mille argen-  
teos

<sup>12</sup>vinea mea coram me est  
mille tui Pacifice et ducenti his qui  
custodiunt fructus eius

<sup>13</sup>quae habitas in hortis amici auscul-  
tant fac me audire vocem tuam <sup>2.14</sup>

<sup>14</sup>fuge dilecte mi et adsimilare capreae <sup>2.9f.17</sup>  
hinuloque cervorum super montes  
aromatatum

EXPLICIT LIBER

CANTICUM CANTICORUM

CA <sup>9</sup> super eam SM; super ea C. | tabulis + pusillis C | <sup>12</sup> pacifice Sr, cf. M ] pacifici cet. |  
ZSMΦ(bk) hii C | eius ] meos Ak. | <sup>13</sup> [adest b usque ad v. 14] | quae ] qui Ak | <sup>14</sup> et om. CE ||  
ct